BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Verti me ad aliud · vidique sub sole
nec velocium esse cursum · nec for-
tium bellum · nec sapientium pa-
nem · nec doctorum divitias · nec
artificum gratiam · sed tempus ca-
sumque in omnibus · nescit homo · fi-
nem suum · sed sicut pisces capi-
untur hamo · et sicut aves compre-
henduntur laqueo · sic capiuntur ho-
mines tempore malo cum eis extem-
plo supervenerit · hanc quoque sub celo
vidi sapientiam et probavi maximam ·
Civitas parva et ~~pacifica~~ in ea viri
pauci · venit contra eam rex ma-
gnus et vallavit eam · extruxit-
que municiones per girum et perfecta
est obsidio · Inventusque est in ea
vir pauper et sapiens qui liberavit
urbem per sapientiam suam · et nul-
lus deinceps recordatus est ho-
minis illius pauperis · Et dice-
bam ego meliorem esse sapien-
tiam fortitudine · Quomodo ergo
sapientia pauperis contempta est
et verba eius non sunt audita ·
Verba sapientium audiuntur etiam
in silencio · plusquam clamor prin-
cipis inter stultos · Melior est
sapientia quam arma bellica
et qui in uno peccaverit multa
bona perdet ·

X

Musce morientes perdunt
suavitatem unguenti
preciosior est sapientia
gloria parva et gloria prima ad tem-
pus stulticia · Cor sapientis in
dextera ipsius · et cor stulti in sini-
stra illius · Sed et in via ambu-
lans stultus cum ipse insipiens
sit · omnes stultos extimat · Si
spiritus potestatem habentis ascenderit
super te locum tuum ne dimiseris ·
quia curacio vinius hore cessare
faciet peccata maxima · Est ma-
lum etiam quod vidi sub sole quasi
per errorem egrediens a facie prin-
cipis positum stultum in dignis-
tate magna · sublimi et divites se-
dere deorsum · Vidi servos in equis
et principes ambulantes quasi ser-
vos super terram · Qui fodit foveam
incidit in eam · et qui dissipat sepem
mordebit eum coluber · Qui trans-
fert lapides affligetur in eis · et qui
scindit ligna vulnerabitur ab eis ·
Si mordeat serpens in silencio ni-
chil eo minus habet qui occulte de-
trahit · Verba oris sapientis gratia
labia insipientis precipitabunt
eum · Inicium verborum eius stul-
ticia · et novissimum oris eius error
pessimus · Stultus verba multipli-
cat · ignorat homo quid ante se
fuerit · et quid post eum futurum est
quis illi poterit indicare · Labor
stultorum affliget eos qui nesci-
unt in urbem pergere · Ve tibi ter-
ra cuius rex est puer · et cuius principes
mane comedunt · Beata terra cuius
rex nobilis est · et cuius principes
vescuntur in tempore suo ad reficien-
dum et non ad luxuriam inpis